

TEVTO, ET TEVTSHO.



Teuto rebus in Germania præfuit eo tempore
cum Moyses Israeliticum populum in deserto
gubernaret, Anno 2360. Erat is homo fortissimus,
& multis præclaris uirtutibus deditus. hinc factum
ut tota natio Germanica, sicut prius à Tuiscone cō
ditore Tuiscones, ita ab hoc præclaro suo rege Teu
tonedicta fuerit Teutones, atq; eorum regio Teu
tonia. Ab eo etiam antiquissima urbs Germaniæ,
quæ olim è regione Coloniæ Vbiorum sita erat, at
que Teutsch dicebatur, nomen suū, iuxta aliquos,
sortita fuit. Euseb. Stumpff.